quã mẽſurat tempus: quia facit diſtare rem a principio quod enim antiquatur ⁊ ſeneſcit prope interitũ eſt.

Tractatus Secundus.

Acceptiões elementi.

Elementũ dicitꝛ multis modis: vno modo quod
eſt principiũ artis complexũ: vt omne totũ eſt
2 maius ſua parte. Secũdo dicitꝛ elementũ qđ eſt principiũ
3 cuiuſlibet rei. Et in quolibet primũ vt littere dicuntꝛ ele-
menta vocis. Tertio dicitꝛ elementũ quod eſt principiũ
4 cuiuſlibet corporis mixti. Et ſecundũ hoc diffinitur ſic.

Elemẽti diffi. ex 5. Meta.

Elementũ eſt ex quo componitꝛ res primo ⁊ eſt in eadem ⁊ non diuiditꝛ ſecundũ formã ⁊ ſpeciẽ in aliã formã: vt in mixto eſt aqua: cuius quelibet pars aque eſt aqua: ⁊ ſic de alijs elementis. Et ſunt quatuoꝛ. ſ. ignis: aer: aqua: terra: que determinantꝛ qualitatibus primis que ſunt quatuoꝛ. ſ. caliditas: frigiditas: humiditas ⁊ ſiccitas. Ignis eſt calidus ⁊ ſiccus: aer vero humidus ⁊ calidus. Aqua vero humida ⁊ frigida. Terra vero frigida ⁊ ſicca. Quatuoꝛ predicte qualitates ſex faciunt cõbinationes quaꝝ quatuoꝛ ſunt poſſibiles: due vero impoſſibiles. Dicuntꝛ aũt ille q̃litates prime: qꝛ nõ fluunt ab alijs: ſed alie fluunt ab ipſis.

De qualitatibꝰ elementoꝝ.

Sex qualitatũ cõbinationes.

Calidum.
Ex text. com. 8. ſcđi de Generatione.

Calidum eſt congregatiuũ homogenioꝝ ⁊ diſgregatiuũ eterogenioꝝ/ꝯgregat enim aurum cum auro: et ſeparat ferrum ab auro. Frigidũ eſt congregatiuũ homogenioꝝ

Frigidum.